

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XIV**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

turgidum ventrem ostentat. Fuere, qui obversum ad solem haurire radios, eosque hiantem sequi dicerent. Muscas venari ex Zandio habemus, qui etiam addit dissectam à se linguam palmi inventam longitudine, cavam & inanem, in summa acetabulum cum mucro; hoc tulisse prædam. Card. de subtil. Alexander Myndius contra famelici serpentis imperium sic se munire ait. Festucam bene latam & validam tenet, sub quaceu clypeo se versans contra hostem serpentem venit. Serpens, quia festuca latior est, quam oris biau ab eo separari posse, & chamaleonis membra relqua firmitiora, quam ut mortibus ladaatur, frustra se fatigat.

## C A P U T X I V.

## D E C R O C O D I L O.

**C**rocodilos Ægyptus alit, sed non æquè noxios. Fribundi versus montana, à Cairo ad mare mites; piscium illud facit defectus, præmium hoc occisi. Cuique enim, grandiorē in urbem deferenti, decem aurei nummi numerantur de fisco. Nilo etiam ad alveum deducto, fame pressi in insidiis luto obvoluti latenter, accedentes cauda percussos strangulant. Tantum in iœtu robur, ut quatuor grandioris animalis crura, uno perfreget. *Martyr.* Vnum ovum anseris edunt magnitudine; ad maximum tamen incrementum, minima origine decurrunt. Duodeviginti plerumque excedunt cubitos. Pfammetichi tempore viginti & quinque. Viginti sex Amasidis. *Plin.* Legitimum judicant factum, si quid simul atque exclusus est rapuerit. *Elian.* Lingua eis adhæret tota, causa apud Arist. l. 2. de partibus anim., c. 7. Satellitem eius trochilus agit, hostem Tentyritat. Discutit ille dormienti somnum, Ichneumonis ubi conspexit insidias, & intra patulas fauces admissus, intra septa dentium rostro excerpit carnes; quando avolare debeat, inclinata superiori mandibula præmonetur *Plutar.* Plin. 8. 25. Flumini hi innatant, dorsoque equitantium modo im-

do impositi, clavam oti ingerunt, ac voce sola territos, cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. Hinc in illorum nulli insula olfactuque solo hominum fūgantur. Iste quomodo pugnet, historia ejus ostendet.

## C A P U T X V . D E E Q U O .

**E**Quas in Lusitania vento concipere refert *Varro*. *Plinius* & *Solinus* partu evanido affirmant. Natos quippe pullos non plus triennium vivere. Fabulas appellat *Iustinus*. In Hispaniola insula, decimo postquam natæ sunt mense concipiunt, & gemini sœpe in unica partu. *Petrus Martyr*. *Sterilu* concipiet, inquit, *Aldrovandus*, si fascem porrorum in pilo tuſum vini cyatho perfundes, & cantharides versicolores numero duodecim ex aqua biduum oriculario clystere in vulvam ingeres, postero die equum ad jucundam fœminam emittes, postquam defiliſt, bis genitales locos eluer. In Provincia Belasciæ tam durarum sunt ungularum ut soleis non muniantur: apud Ambes tantæ celeritatis ut intra *vix dies* centena millia itineris conficiant. *Ludov. Roman.* l. 4. *Navig.* & talem in Alanico bello à Probo principe captum Historici referunt. In Artesia natus Mellomi arcis Toparchæ, grandi forma, cornibus eminentibus; saltus eius adhuc ostenditur pedum sexaginta. *Lipsius Cent.* 3. ad Belg. epist. 56. Sat diu vivunt; Visi enim attigisse annum quinquagesimum: sexagesimum excessisse scribit *Albert.* septuagesimum *Solinus* & *Niphus*. Notatum advertimus, inquit idem, apud Opuntem nomine, Equum ad gregariam Venetrem durasse annos quadragesinta. Camelum adeo reformidant, ut nec speciem ejus intueri possint, nec sentite odorem. Hinc Cyrus contra Cœsum pugnaturus, equitatui aciem illorum opposuit. *Herodot.* Scribit *Plinius*, vestigia lupi calcata equis in crutibus adferre torporem. *Alianus* vero addit, si lupi calcaneum, currum trahentes, conculcent, fisti, tanquam cum qua-